

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Rector Universitatis Rostochiensis Laurentius Bodock, Ph. U.I.D. ... Ad Funus ...
Hansi Mauriti, Cultoris SS. Theol. Studiosissimi Quod ... Gaspar Mauritius ... ex
Fratre Nepoti. Ut Et ... Johannes Mauritius ... suo dilectissimo fratri ... parabunt
Omnes Universitatis huius Cives ac Favitores ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770292801>

Druck Freier  Zugang



Bodock, L.,

in

H. Mauritius.

Rostock, 1661.

31

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
LAURENTIUS BODOCK,
Ph. U. J. D. Consiliarius Mecklenburgi-
cus. Academ. Orator, Colleg. Philos. Senior.
& p. t. DECANUS.

AD FUNUS
SPLENDORE NATALIUM ATQUE VIRTUTUM EXCELLEN-
TIS JUVENIS

HANSI MAURITII.

Cultoris S. S. Theol. Studioſiſſimi

Quod

REVERENDUS PLURIMUM, EXCELLENTISSIMUS, AMPLISSIMUS VIR
DN. I. GASPAR MAURITIUS,
S. S. Theol. Doctor ac Professor celeberrimus, Superin-
tendens Ecclesiar. Rostochiens. gravissimus, tanquam Amantissimo
ex Fratre Nepoti.

UT ET

PRÆSTANTISSIMUS AC PRÆCELLENS JUVENIS
DN. JOHANNES MAURITIUS,

S. S. Theol. addictissimus, tanquam suo dile-
ctissimo fratri.

Non absq; ingenti animi mœſtitia; ſolenniter atta-

men ac decenter.



HOODIERN A HORA PRIMA
parabunt

Emates Universitatis hujus Cives ac Favtores
permanter ac officioſe invitati.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typ. ANNO CHRISTI. M. DC. LXI,

RECTOR.
UNIVERSITATIS ROSTO-
CHIENSIS
LAURENTIUS BODOCK, Ph.U.J.D.
S. P. D.

T gravem, & benelongam Orationem, apud sapientem Tragicū, ad Cives suos habet ipse REX; quā in cæteris cùm admiratur admodūm, tūm etiam quæritur, ita comparatum cum Urbe Cadmi esse, uti mox in eā sit pæanas, magna lætitia argumenta; mox vicissim gemitus, certissimi calamitatis indices. Enim verò ita cum inter cætera loquentem introducit Sophoctes: πόλις δὲ νῦν μὴ θυμιαμάτων γίρη; νῦν δὲ ταχέων τε καὶ στραγγαλίων. Nec videri verò debet, non nisi Thebarum eum, qui tūm erat, statum depinxisse; sed quoq; ad conditionem generis mortalium, qualis ea & omni in loco, & omni sit tempore respexisse. Nunquam enim non ita vivitur, ut, cùm aliquando forte sit, quod gaudeas, tūm ē vestigio, & antè, quām opinoris subsequatur, quod dolendi suppeditet tristandi; materiem; scilicet ut mare inquietum est semper, & stare nequit; sic perpetuo fluxu acre fluxu feruntur hominum res, atq; hoc solū in iis certum est, quod nihil insit certi. Permutantur lætis tristia; & si quid optatius quandoq; contigit, mox illud exterit dolor aliquis & casus, qui prōjunctitate, quā delectati antè fuimus, meram nobis amaritudinem propinat. Varia quotidiè hujuscemodi vicissitudinem capere documenta licet. Et in præsenti præcipue occurrat, quod miram faciat fidem, nihil in rebus mortalium perenne esse, aut æquā semper lege duraturum. HANSUS enim

enim MAURITIUS, juvenis elegantissimus, quum
vivus valensque foret, quum ad summa quæq; cursu con-
tenderet, strenuâq;, ad virtutem grassaretur viâ; quam in-
credibili animi lætitia voluptateq;, Patrum, Fratres,
cognatos, & affines optimos affecerit, ea exprimi nequit.
Nunc cùm tantas illi sibi spes & delicias ademptas, HAN-
SUMq;, funere mersum intelligent, ecce! mutatur rerum
facies, animumq; implere lu&u, ora lacrymis rigare inci-
piunt, qui breviantè toti positi in gaudio erant. Hincquè
adèò de vitâ nos etiam nostrâ prælens locus commodùm
admonet. Quæ quam caduca, quam fragilis, quam parùm
sui certa sit, tum elucet potissimum, cùm floridissimis qui-
busque & maximè integris ea adimitur. Nam cùm inca-
na capita, & longo Seniò inclinati Viri decedunt, vi-
dentur illi jam confecisse spaciun, esseq; admoti ad lineâ
illam, ultra quam cursum porrigere nefas: at verò qui pri-
mâ aut adolescente ætate, aut quæ jam maximè sui plena
est extinguntur, multò hös quidē diutiùs vivere potuisse
existimes. Jā quid HANSO aut ætate florentius, aut habitu
corporis vividius fuit? Et tamen, quod paucissimi putare
poterant, cadaver is factus, relatusq; adeò in illorum est
numerum, qui esse desierunt. Nempè nullam legem mors
admittit; cui maturum etiâ est, quod vix jā natū. Non tem-
pus ullum, non personam respicit: ac sicut destinata o-
mnibus est, ita ex æquo etiam omnibus incumbit. Et pro-
fectò quidem isti rerum humanarum turbines, & ille for-
tunæ lusus, quem nimis pertinaciter cum plerisq; mortali-
um ludit, faciunt, ut non malè cum iis actum videatur,
qui se tempestivè subtrahere negotiis hominum, atq; exire
de vitâ istâ penitus possunt. Ad quid enim vivere diu ex-
pediat? Et quid habet orbis hic commodi? quid non potius
laboris atq; molestiæ? Quemadmodum igitur, qui in mari
versantur, tûm in tuto se collocatos existimant, quum per-
tum tenent, atq; è continente terrâ pelagus è longinquœ

prospiciunt: Sic nemo extra calamitatum aleam sese possit
tum reputare debet, nisi humanis rebus valedixerit prorsus,
& totum hoc vitæ nostræ mare ex illo respectet loco,
quod nullæ unquam turbæ, ærumnæq; nullæ pertingere
queant. Carterum nec præter rem, nec receptam con-
suetudinem facturi videbimus, si tam egregii & singularis
JUVENIS vitam breviter ab initiis repetamus. Natus ita-
què est TUNDERÆ, Urbe Slesvicensis Ducatus planè exi-
miâ, Anno M. DC. XLI. die 17. Septembris. Patre quidem
Reverendo & Clarissimo DN. BERNHARDO MAURITI-
TIO, dicti loci Pastore & Præposito honoratissimo; Ma-
tre verò, lectissimâ Fœminâ, CATHARINA Thomsen. A-
vus ei paternus fuit, Vir itidem Reverendus & Clarissimus
DN. JOANNES MAURITIUS, initio Serenissimi Svecorū
Principis CAROLI, &c. &c. &c. & Serenissimæ Conjugis
CHRISTINÆ, natæ Ducis Schlesvv. Holsat. &c. &c. &c.
Concionator per triennium Aulicus, post autem Tunde-
rensum Pastor & Præpositus per ipsos 40. annos benè me-
rentissimus. Avia paterna, ANNA Petersen/Matrona Or-
natissima. Avum maternum habuit Virum Amplissimum
DN. Hans Thomsen/Civitatis Tunderensis Consulē gravis-
simum; Aviam Maternā, CHRISTINAM Thomsen/Ma-
tronam pietate, aliisq; sexus sui virtutibus splendidissi-
mam, quæ superstitat adhuc, Nepotemq; hunc suum,
quæ vivum tenerè semper amarat, jam defunctum dalet,
atq; acerbissimo luctu prosequitur. Quod si per ingentia
alia Majorum nomina, quibus utraq; stirps, paterna juxta
Maternaq; splendorem & lucem suam debet, eundum fo-
ret, magna profecto nobis Historia, magna differendi ma-
teries nasceretur. Sed nos nunc isti operæ parcimus,
idq; solum ingenuè fatemur HANSUM NOSTRUM,
cui honestissimam egregiamq; mentem melior Natura-
tribuerat, à teneris id enixè studuisse, uti, sicut
ori-

originis, ita virtutum etiant prærogativâ plures alios, atq; tecelleret. Enimvero ita reputabat; nascendi eximiam sortem pejus cœno contaminari perversis moribus, & parum omnino splendorem natalium conferre lucis, nisi animis & vita responderint. Postquam itaq; sacro Baptismatis fonte tintus renasceretur, CHRISTIq; Conservatoris, atq; ejusdem Ecclesiæ membrum fieret, continuo dein, quum ætas unquam passura videretur, à pietate verâ & Orthodoxæ fidei cognitione, institutionis initia auspicatus est; ut qui sciret, iis in rebus, omnis felicitatis nostræ bases ac fundamenta ponи. Post procedentibus annis, literarū quoq; honestissimarū, per commodos industriosq; Præceptores, adjungebatur eruditio; quod verè existimatetur, sine illarum adminiculo neminem temerè humanarum rerum prudentiam, sufficienter consecuturum. Rudimenta in Scholâ cœpit patriâ, usq; ad annum 1655. Magistris usus præclarè operâ suâ fungentibus, DN. JOANNE Wiescheller / & DN. JOANNE Probst. Interea siebat, uti acerbissimus interveniret casus, NOSTERq; utroq; parente, & unius quidem mensis spacio orbaretur. Dicto 1655. anno missus est FLENSBURGUM, celeberrimā Holsatiæ Urbem; ubi publicè privatimq; audivit DN. M. JOANNEM VORSTIUM, Scholæ tum temporis Rectorem, & DN. WIGANDUM, Conr. utrumq; singularis industria, maximæq; in curando officio fidelitatis. Anno 1657. Mense Julio, ob imminens bellum TUNDERAM remeare, & ad quadrantis anni intervallū commorari ibidē jussus est. Mense Octobri ejusdem anni, LUBECAM, ad Amplissimā liberamq; Imperii Urbē amandatus: ubi Præceptores habuit laudatissimos, DN. M. SEBASTIANUM MEJERUM Rectorem, & DN. M. HINRICUM BANGERTUM, Con-Rectorem (quem & privatim audivit) uti quoq; DN. JOANNEM POLTZIUM. Hic substitut ad mensem usq; Aprilem currentis anni, quo tempore, in Academiam hanc nostram venit, ut nempe quæ præclarè hucusq; studiorum fundamenta jecerat, erigeret

geret altius, ac iisdem seriores profectus in ædificaret. Et jam
admoveare ille manum operi, remq; suam impigerrimè agere,
vitamq; præterea Studioſo dignissimā, h.e. tranquillam & ubiq;
modestā vivere incœperat; Sed ecce! ſttere ille, in medio operū
horum cursu gradum, DEO ita volente atq; disponente, jussus
est. Enimverò Die XIII. hujus ipſius Sept. inopinato correptus
morbo decumbere cœpit. Qui ipſi erat (verba ſunt. Experiens
tiss. & Excell. DN. SEBASTIANI Wirdig / Med. D. ac P. P. Ami-
ci & Collegæ noſtri honoratissimi,) pleuritis, quam notham, ſpu-
riam, ſeu illegitima communiter vocant Medici, & ſanguine non pu-
ro, ſed cum pituita mixta orta: hinc de dolore pectoris obtuso, & moleſta
tufi conquebatur. Febrem huic malo conjunctam, quotidiana cum
acerbatione, deprehendi euidem continuam, que cum corpus imbellē &
valetudinarium invaderet, variis ſymptomatibus, crebris cumprimis
vomitionibus, aegrum defatigaret, & indies vires conſertim imminue-
ret, exitialis erat: praesertim cum signa critica, ipsamq; morbi crisis
ſalutarem, fruſtra expectaremus. Quum itaq; malum eā tandem
incumbere vehementiā videretur, ut, quicquid & non contem-
nendis ſumptibus, & ſummo dicti DN. MEDICI studio, quin-
& Rev. Ampliss. & Excellentiss. DN. Hospitis, Patrui, SS. Th.
D. & P. Collegæ Conjunctissimi perpetuā & nunquam ſatis lau-
dandā vigilantiā pararetur contrā; ut inquā nullum ſuccellum
habuerit, & viis morbi omni humana ope potentior fuerit; Intel-
ligere facile potuit NOSTER, de ſe quid eſſet futurū? Quocircā
navandam ſibi antè omnia operā censuit, uti cum DEO penitus
reconciliaretur. A quo ſolo cùm, quicquid ſibi ſperandum
haberet felicitatis, manare probè noſſet, recte cavendum sta-
tuit, ne eō ſibi irato adverſoq; uteretur Itaq;. DN. NICOLAUM
RIDE MANNUM S. Theol. L. & Ecclesiastem Marianum fide-
liſſimum accérsivit; coram quō, poſtquam maximā animi de-
votione, ſeriāq; pœnitentiā, confeſſus peccata ſua eſſet, Sacro
Sancto viatico DOMINI animam procuravit, paratus ſequi,
quandoq; abeundum ſibi à ſtatione foret. Quod & inſecu-
tum

tum est tandem, dūm die 24. Sept. circa X. vespertinā, inter tot
suspiria, tot inter meditationes precesq;; atq; constantissimā si-
dei documenta, placidissimo mortis generē resolveretur. Quem
quidem JUVENIS egregii casum, cūm paullō altius cum ani-
mis nostris reputamus, verissimā certè contemplatione huma-
næ vitæ ingenium deprehendisse nobis videntur, qui eam navi-
gationis *instar* esse afferunt. Solet hoc navi ganib⁹ s̄epiū
accidere, ut vel in medio tranquillo aliquis tūrb⁹ suboriatur
repentē, ac deprehendat navem, nec tām concutiat quassetq;;
quām planē demergat, ne quicquam contrā nitentibus nautis,
& vastā hyemē evertere sat agentibus; cūm incumbentis, (ut sic
loquamur) fati necessitas plus valeat, quām omnīsaborantū
industria atq; contentio. Gemina certè & paria prorsū in vita
s̄epiū expetuntur; & frequentissimè contingit, ut, cūm valeat
maximè, cūm lateri pedibusq; quām optimè est, subitanei ma-
livis ingruat, & simul medentium opem ac curam, simul nos-
met ipsos elidat atq; evertat. Cæterūm cū piissimè FUNCTO satis
quidem præclarè actitatum est: ad magna enim ille gaudia, ad
incomparabiles felicitates processit, quæ uti nihil commune
cum nostrā mortalium sorte habent, ita extra finem omnem &
terminum posita sunt, & planē æternæ. Vos verò propterea, Pa-
truescilicer; Fratres, Cognati, & Affines, tanto ferre patientiū
absentiam HANSI vestri debebitis, quanto certiores estis, non
perdidisse vos eundem (quā voce in parili casu, ad Polybium Se-
necca utitur) sed lucratos potius esse, præmisileq; saltē eō,
quò ipsi etiam suo tempore subsequemini. Tantis per itaq; dūm
brevi iterum conveneritis, istā sancte mortui familiaritate &
conversatione æquo carere animo oportebit. Et carendum cæ-
teroquin erat, etiamsi vixisset, quousq; ipsum amor sapientiæ
& literarum peregrinari fortassean, & morari apud exterorū ul-
teriū compulisset; atq; eō quidem deteriore conditione, quod
an benè absens haberet? an extra pericula esset? scirè tūm non
potuissetis; quimodo; quin extra fortunæ alcām, extra maris
noſtri

¶ stri tempestates, extra teli jactum constitutus, placidissime
& felicissime degat, dubitare nullâ ratione habetis. Cæterum,
quum hac ipsâ die supremum exequiarum honorem Exanimè
corpori præstare hi, ad quos ea cura pertinere videbatur, de-
creverint; Nos, quæ nostrarum futura partium sunt, minimè
negligemus, frequentesq; (si fortassean ea etiam res conferre
quicquam ad leniendū eorū, qui ex præsenti casu tristantur, do-
lorem possit) STUDIO SUM funis comitabimur. Ut itaque
CIVES ACADEMICI, ad hascè JUVENIS integerrimi Exequias, ju-
sto vos numero, debitaq; modestiâ sisstatis, officiosè adhorta-
musr & amanter invitamus. Est enim pietatis id atq; officiū
genus ita comparatum, ut cum primis Ordinem vestrum de-
ceat; cuius præcipua laus, *humanitatis* est studium. Prolixè
itaq; munere hoc, STUDIO SI vos præcipue, circâ Commilito-
nem quondam dilectissimum, defungemini, atq; par-
tiū hoc pacto vestrarum memores fuisse demonstrabitis. Quod
magno futurum honori erit Amplissimo & Excellentissimo
D.N. Patruo, Professori de Academiâ, Vobisq; omnibus clarissi-
mè merito; quin Fratres etiam, cæteriq; cognati ac Affines, istâ
benivolentiâ eximiè interpretabuntur, nullamq; unqua
benè de vobis vicissim merendi occasionem, & ille,
& isti aspernabuntur.


P.P. Sub Sigillo Rectoratus, die ult. Septembr.

Anno M.DC. LXI.

Convenietur in Æde B. Virginis sacrâ,
Hora I. pomerid.



tum est tandem, dūm die 24. Sept. circa suspiria, tot inter meditationes precesq; dei documenta, placidissimo mortis gen quidem JUVENIS egregii casum, cū mis nostris reputamus, verissimā certe nā vitā ingenium deprehendisse nobis gationis *instar* esse afferunt. Solet ho accidere, ut vel in medio tranquillo a repente, ac deprehendat navem, nec tā quām planē démerget, nequicquam cō & vastā hyemē evertere satagentibus; cū loquamur.) fati necessitas plus valeat, q; industria atq; contentio. Gemina certe səpiùs expētuntur; & frequentissimè co maximè, cūm lateri pedibusq; quām op̄ livis ingruat, & simul medentium open met ipsos elidat atq; evertat. Cæterū c quidem præclarè actitatum est: ad mag incomparabiles felicitates processit, q; cum nostrā mortalium sorte habent, ita terminum positæ sunt, & planē æternæ: truesclicet, Fratres, Cognati, & Affines absentiam HANSI vestri debebitis, quan perdidisse vos eundem (quā voce in paril neca utitur) sed lucratos potius esse, quò ipsi etiam suo tempore subsequem brevi iterum conveneritis, istā sancte conversatione æquo carere animo oporteroquin erat, etiamsi vixisset, quousq; & literarum peregrinari fortasleān, & nterius compulisset; atq; eò quidem deter an benè absens haberet? an extra pericu potuissetis; quimodò; quin extra fortu



the scale towards document

nā, inter tot antissimæ fi-
 etur. Quem
 us cum ani-
 iōne huma-
 ui eam navi-
 ibus səpiùs
 o suboriatur
 at quassetq;
 ibus nautis,
 entis; (ut sic
 sdaborantū
 orsūs in vita
 tūm valem
 bitanei ma-
 , simul nos
 UNCTO satis
 e gaudia, ad
 commune
 nō omnem &
 optereā, Pa-
 cē patientiūs
 estis, nom
 polybium Se-
 ; saltē eò,
 eritaq; dūm
 niliaritatē &
 endum cæ-
 or sapientiæ
 exterōs ul-
 iōne, quòd
 è tūm non
 extra maris
 nostri